Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



51

Cum essem in susis castro. Non quo castrum sit urbs
ut diximus metropolis & potentissima. sed quo
tanta firmitate edificata. ut castrum esse uideatur.
Uidi autem in uisione esse me sup portam ulai. p quo
aquila transtulit. sup ubal ulai. theodotion sup
ubal. symachus sup paludem ulai. lxx. iuxta
portam ulai. Sciendum est autem ulai esse nomen
loci siue porte. ut introita scea porta. & apud ro
manos carmentalis dicitur. habentes singule ex
propriis causis origines nominum. Et leuaui ocu
los meos & uidi. Quamuis in somnis uideantur que
uidentur. in umbra uidelicet & imagine. tamen nec
ipsa quidem uidere possumus sine oculis eleuatis.
Et ecce aries unus stabat ante paludem siue
ante portam. quod hebraice dicitur ubal. habens
cornua excelsa. & unum excelsius altero atq;
succrescens. Arietem darium uocat auun
culum cyri. qui post astyagen patrem regnauit
in medis. Cornu autem unum excelsius altero atq;
succrescens. ipsum cyrum significat. qui post
astyagen. auum maternum cum auunculo
dario quem greci cyaxaren uo cant